

CHRONICA JOHANNIS DE OXENEDES, MONACHI  
 SANCTI BENEDICTI DE HULMO,  
 AB ADVENTU SAXONUM AD ANNUM DOMINI M.CC.XCIII.

---

A PRINCIPIO Mundi usque ad Diluvium anni duo millia ducenti et xl<sup>a</sup> duo. A Diluvio usque ad Abraham anni noningenti xl<sup>a</sup> duo. Ab Abraham usque Moysen anni sexcenti et xl. A Moyse usque ad David, anni quingenti. Et a David usque ad Nabogodonosor anni quingenti sexaginta novem. Ab Adam namque usque ad transmigrationem Babylonis computantur quatuor millia septingenti septuaginta novem. Et a transmigratione Babylonis usque ad Christum, quingenti sexaginta tres. Colliguntur ergo ab Adam usque ad Passionem Domini nostri Jhesu Christi quinque millia ducenti viginti octo. A Passione Christi peracti sunt anni<sup>1</sup> . . . .

Prima mundi ætas ab Adam usque ad Noe; secunda, a Noe usque ad Abraham; tertia, ab Abraham usque ad David; quarta, a David usque ad Danielem; quinta, usque ad Johannem Baptistam; sexta, usque ad Diem Judicii.

Peractis itaque a nativitate Domini cccc<sup>is</sup>xl<sup>a</sup>ix annis, A.D. 449.  
 de Germaniæ partibus populus in manu valida, scilicet Arrival of Horsa  
 Hors et Hengist, Britanniam quasi defensura, re autem and Hengist.  
 vera quasi expugnatura et possessura, advenit. Quorum successors et tempora regnum terminos et divisiones, difficile est, propter eorundem confusiones,

<sup>1</sup> Sic MS.

## 2

## CHRONICA

A.D. 449.] elucidare Regulorum, tum propter eorum diversas ætates, metas, victorias, vicissitudinarias occupationes, alternatim attemptantes diversis temporibus, et successiones directas et indirectas.

**King Arthur.** Prætermisis igitur regibus multis magnificis, utpote Arturo bellipotente ac fortissimo, qui multa sibi regna subjugavit, et Romanorum imperatorem Lucium cum toto exercitu suo devicerat, et monstra quædam potenter contriverat;

**Offa.** Offa strenuissimo ac Deo amicissimo, qui divinitus triumphante de Boemredo et quatuor noctis regulis, sibi fere totam Angliam, excepto uno angulo, armis edomans subjugavit, et pro tanti nobilis sanguinis effusione, ut se Domino nostro Jhesu Christo conciliaret, nobilem ecclesiam beato Albano, Anglorum prothomartyro, ut prædictum est, quem divino oraculo præmonitus de terra levavit, magnifice fundavit, gloriose ditavit, libertatibus et possessionibus non minimis ampliavit.

**Ingleis and Ina.** Ingleis et Ine; quorum Ine, cum potentissimus regum Angliæ esset, relicto regno, peregrinus Romam profectus est, ibique feliciter peregrinans, tandem ad cœlestem mansionem felicius concendit; Ingleis tantæ fuit probitatis ut universam Angliam ex australi parte Humberæ, quæ pluribus regibus eatenus divisa subjacerat, suo subjugavit imperio; et ita primus omnium Monarchs diceretur. Insuper sub silentio prætermisis tam regibus sanctis quam regibus aliis, propter multiloquium inutile, quod auditoribus fastidium generare consuevit, ad tempora illustrissimi, facundissimi, et sapientissimi, qui alterum Salomonem representavit, descendamus. Hic rex pacificus, Anglorum decus, Regum gemma, virtutum exemplar Ælredus,<sup>1</sup> primus prothomonarcha fuit Angliæ, et primus a Leone papa sacrae unctionis regiæ dignitatis suscepit eminentiam. Unde in summitate stirpis regiæ duximus

**Alfred.**

<sup>1</sup> Ælredus MS.

## JOHANNIS DE OXENEDES.

3

eum tanquam exordium nostræ genealogiæ primitus A.D. 449.  
 ordinandum. Hujus regis genealogiam veteres ascen- His lineage.  
 dendo texentes usque ad Adam, primum hominem, per-  
 duxerunt. Erat enim rex Alfredus Athelwlfphi magni  
 regis Occidentalium Saxonum filius: qui fuit Edberti;  
 qui fuit Alemund; qui fuit Eafæ; qui fuit Eoppæ;  
 qui fuit Ingleis; qui fuit frater Inæ; qui ambo fue-  
 runt filii Kenred; qui fuit Ceowald; qui fuit Euche;  
 qui fuit Ceaulin; qui fuit Keneric; qui fuit Creoddæ;  
 qui fuit Cercio. Iste primus ex Anglis in regno Occi-  
 dentalium regnavit; qui fuit filius Elesæ; qui fuit  
 filius Gewysæ reginæ, de qua quidam Britonum generis  
 sibi nobilitatem usurpant. Gewisa filia fuit Giwi;  
 qui fuit Wingii; qui fuit Freawinæ; qui fuit Fredegar;  
 qui fuit Brond; qui fuit Belday; qui fuit Woden; et  
 sic descendendo per generationes usque ducatur ad  
 regem Alwredum primum monarcham totius Angliæ.

Anno Dominicæ Incarnationis octingentesimo lxx<sup>o</sup> A.D. 872.  
 secundo, Aluuredus filius Æthelwlfī primus regiam Anointed and  
 unctionem et coronam a Papa Leone Quarto suscepit; crowned by Pope  
 qui regnum dum vixit laboriosissime et fortissime  
 tenuit. Nam dum exercitus hostilis per eum, vel  
 per satellites ejus, ab una parte regionis fugatus in  
 alteram cedebat, rursus idem pulsus alia loca petebat,  
 omnia rapinis et cædibus complens. Continuis vero  
 ix. primis annis cum hostibus pugnans, modo incertis His flight and  
 fœderibus illusus, modo illudentes vultus, ad hoc  
 tandem inopiæ coactus ut Rex, fuga sibi consulens,  
 exutus regno, cum paucissimis familiarium suorum in  
 sylvis ac paludibus delitesceret, ac suam suorumque  
 vitam piscium capture transigeret. Solebat vero  
 postea, in tempora feliciora reductus, casus suos jo-  
 cunda hilarique comitate familiaribus exponere: qualiterque per beati Cuthberti meritum eos invasit, sicut  
 plerumque mortalibus, ut eos illa juvet meminisse  
 quæ olim horruerint excepsisse. Suscepit itaque ex  
 Egelwitha, uxore sua, Egelwitham, et Ædwardum qui

A 2

A.D. 872.  
 His children.  
 Alfred's character and literary works.  
 Founds two monasteries.

post se regnavit; *Æthelfledam*, quæ nupta fuit *Æthelredo* comiti Merciorum; *Æthelwardum* literatissimum; *Ælfledam* et *Elwinam* virgines. Licet, ut quidem aiunt, Leges inter arma sileant, ille inter fremitus armorum Leges tulit, quibus sui et divino cultui et disciplinæ militari assuescerent. Et quia occasione barbarorum et indigenæ in rapinas anhelaverant, adeo ut nulli tutus commeatus esset sine armorum præsidio, centurias, quas dicunt hundrez,<sup>1</sup> et decurias quas vocant theyingas, instituit; ut omnis Anglus legaliter duntaxat vivens haberet et centuriam et decimam. Quod si quis alicujus delicti insimularetur, statim ex centuria et decima exhiberet, qui eum vadarentur. Qui vero hujusmodi non reperiret, severitatem legum horreret. Si quis autem reus vel ante vadationem vel post transfugeret, omnes ex centuria vel decima multam regis incurserent. Hoc commento pacem infudit provinciæ, ut etiam per publicos aggeres, ubi semitæ in quadriuum finduntur, armillas aureas juberent suspendi, quæ viantium aviditatem riderent; dum non esset qui eas abriperet. Eleemosinis intentus, privilegia ecclesiarum roboravit, et trans mare Romanum, et ad Sanctum Thomam in Indiam munera misit. Leges christianissimas et scripsit et pervulgavit, in quibus fides ejus et devotione in Deum, solicitude in subditos, misericordia in pauperes, justitia cunctis legentibus patet. Parabolæ etiam ejus plurimum habentes ædificationis, venustatis, jocunditatis, et nobilitatis, in restaurandis ecclesiis quas impia manus everterat, in reparandis, ditandis, ornandis desudabat. Inter quæ duo Monasteria construxit, unum in loco ubi alium latuit, qui Ethelingee<sup>2</sup> dicitur, in domo cuiusdam bubulci; alterum foeminis, in civitate quæ Cetebr'<sup>3</sup> dicitur, amplis ditavit possessionibus. Sane de annuo censu qui ei pendebatur sic ordinavit,

<sup>1</sup> sc. hundredas.

<sup>2</sup> *Ethelingee*] Athelney.

<sup>3</sup> *Cetebr'*] Shaftesbury.

## JOHANNIS DE OXENEDES.

5

ut tertia pars bellatorum deputaretur stipendiis, tertia pars in mercedem et victum operariis cederet, tertia vero pars regiis muneribus, quæ tam divitibus quam pauperibus largiri consueverat, servaretur.

A.D. 872.

Cum igitur regnasset annis xxix. et mensibus vj., de terreno regno ad cœleste regnum transcendit, v<sup>o</sup> kalendas Novembbris.

Anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo primo, Edward the elder. Æwardus filius ejus, cognomento Senior, regnum op- tinuit; scientia literarum patre inferior, sed re...tate<sup>1</sup> incomparabilior. Regni namque fines dilatavit, urbes novas condidit, dirutas renovavit, impiissimam Dacorum gentem, quam pater ejus non expulerat, rebellavit, sibi multis contrariam præcliis vel penitus fugavit, vel misera servitute compressit, et totam Insulæ faciem in antiquæ pulchritudinis speciem reformavit. Nobile Founds Nunna- monasterium Wyntonæ fundavit. Genuit ex nobilis- sima foemina Egwyna filium progenitum Æthelstanum; His offspring. ex regina Edgiua Edwynum, Ædmundum, Ædredum, et quatuor filias, quarum prima Edburga dicitur, in Dei sponsam eligitur et consecratur. Altera ab Othono Romanorum imperatore in matrimonium sumitur. Tertia[m] rex Francorum Carolus despensavit. Quartam rex Norhamb<sup>2</sup> in matrimonium sortitur. Cum denique regnasset feliciter annis xxiiij<sup>or</sup>, universæ carnis viam ingressus, in eodem monasterio quiescit quod et pater ejus et ipse redditibus ampliavit immensis.

Anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo xxiiij<sup>o</sup>, A.D. 924. Æthelstanus filius Æwardi electus rex in Merce,<sup>3</sup> Æthelstan. et sacratus apud Kingestone, qui regno quidem parum vixit, sed belli gestis non parum splenduit: qui a fortissimis lacessiri, sed bello nunquam potuit vinci. Quinque reges in loco belli occubuerunt gladiis per- cussi, duces vij<sup>tem</sup>; absque numero ceciderunt Scotti.

<sup>1</sup> re...tate] regalitate?<sup>2</sup> Northamb<sup>o</sup>] Northumbriæ.<sup>3</sup> Mercia.

A.D. 924. Non fuit bellum hac in tellure majus paratum, nec cædes tanta præcessit istam postquam hic venerunt Angli et Saxones, pulsuri clari martis fabri,<sup>1</sup> Walenses vicerunt, reges fugaverunt, regna suscepérunt. Athelstanus autem rex, cum regnasset sexdecim annis, mortuus est.

A.D. 940.  
 Edmund Atheling. Anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo xl<sup>o</sup> Ædmundus, frater Æthelstani, successit in regnum, ætate circiter xvij. annorum: tenuitque regnum annis vj. et semis. Dacos omnes et Normannos penitus exstirpavit, et ab urbibus infidelitate remota Dei gratia fidei fulgorem restituit. Purgato insuper ab alienigenis regno, et sibi in omni pace subjecto, monasteriorum et ecclesiarum maxime curam habuit. Consilioque sancti Dunstani et statuenda statuit, et corrigenda correxit. Cum igitur sub tanto patre Anglia magis quam rege pace magna gloriaque floreret, immatura ejus morte, quam, exactis in regno quinque annis et v<sup>qe</sup> mensibus, nefanda proditione incurrit, subito timore et dolore emarcuit.

A.D. 946.  
 Edred. Anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo xl<sup>o</sup>vj<sup>o</sup>, Ædredus, tertius ex filiis Edwardi, regnum suscipiens, rexit annis ix. et dimidio, ejus magnanimitas a patre et fratribus non degenerans hanc summam dedit. Northanhimbros et Scotos ad sacramentum suæ fidelitatis adactos, et mox fidifragos, pene ex hominibus delevit. Hic rex eximus, cum super partes Angliæ solus rex diceretur et esset, fatis exigentibus, hominem exxit.

A.D. 955.  
 Edwy. Anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo l<sup>o</sup>v<sup>o</sup>, Edwinus, filius regis Ædmundi superioris, regno potitus, tenuit annis quatuor. Hic peculans et luxuriosus non laudabiliter infulam regni tenuit, cum in principio regni sui omnia prospera et lætabunda florarent exordia, mors immatura prærupit. Cum

<sup>1</sup> Sic MS.

## JOHANNIS DE OXENEDES.

7

enim defunctus ab immundis spiritibus traheretur      A.D. 955.  
 ad supplicium, quidam dæmonum mortem ejus, quasi  
 de infelicitate persecutoris sancti Dunstani, eidem  
 sancto nunciavit. Qui mox resolutus in lachrimas  
 tamdiu misericordem Jesum pro eo supplicans et  
 plorans procubuit, donec a dæmonibus veniam, quam  
 sanctus petiit, optineret. Defuncto igitur rege Æd-  
 wino, frater ejus, Ædgarus successit in regnum.

Anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo l<sup>o</sup>ix<sup>o</sup>,      A.D. 959.  
 Ædgarus, honor ac deliciæ Anglorum, filius Ædmundi, Edgar.  
 frater Ædwyni, juvenculus annorum sexdecim, regnum  
 adipiscens Anglorum, qui beatum Dunstanum ab-  
 batem, ab Edwino rege fratre suo, justiciae causa  
 exulatum, et trans mare in monasterio, quod Blandi-  
 num dicitur, exilii tempore manentem, ab exilio  
 revocavit, ac defuncto episcopo Kinewaldo, Wygorni-  
 ensis episcopatum ei dedit Abendone, archiepiscopo  
 consecrato. Iste Ædgarus cunctis prædecessoribus suis His personal  
 felicior, nulli sanctitate inferior, omnibus morum qualities.  
 suavitate præstantior. Tanta in verbis, in vultu, in  
 moribus interioris indicia præferebat, ut cooperante  
 gratia Dei, tota ei insula sine sanguine manus daret,  
 et ad subdendum se ei Scotia, Cumbria, Wallia, libens  
 accurreret. In nativitate ejus, beatus Dunstanus  
 angelos concinnetes audivit, "Pax Anglorum ecclesiæ  
 " hujus pueri qui natus est tempore." Denique per  
 Angliam quadraginta constitui fecit monasteria, et alia Monasteries of  
 monachis, alia virginibus deputavit. Glastingeberiam, his foundation.  
 quod pater ejus inchoaverat, ipse perfecit. Abendone,  
 Bure,<sup>1</sup> Tornay,<sup>2</sup> Ramesey, et in Wiltone monasterium  
 virginum magno studio condidit. Wintoniæ ecclesiam  
 in novo monasterio, quam pater ejus incepit, ipse  
 perfecit et dedicari fecit. Exultabat rex beatissimus  
 suis temporibus ordinem suum rerum omnium invenisse

<sup>1</sup> *Bure*] Petroburg.|   <sup>2</sup> *Tornay*] Thorney.

A.D. 959. naturam, cum homines Deo, terra homini, cœlum terræ, justitia fructum, aërum temperie debitum præstaret officium. Et ut novimus quanta eum Deus etiam in hac vita bonorum operum mercede donaverit, cum aliquando ad maximam ejus festivitatem reges, comites, multarumque provinciarum proceres convenissent, quadam die jussit naves parari, gratum habens ecclesiam beati Johannis Baptistæ orationis obtentu navigio petere. Cum itaque comitibus et satrapis naves plurimas delegasset, ipse cum octo regibus sibi subditis navem unam intravit. Ad octo autem remos regibus totidem collatis, ipse in puppe sedens gubernatoris fungebatur officio. Dici sane non potest cum quanta gloria, cum quibus divitiis celebrata est illa festivitas, cum viderentur etiam ipsa elementa ejus nutui deservire; sed nihil in terrenis æternum, nihil in caducis stabile, nihil in mortalibus immortale. Translato igitur ad eccelesia regna rege Ædgaro, in regno terreno filius ejus successit Æwardus, qui injuste ab impiis imperfectus, tum ob vitæ sanctitatem, tum ob necis acerbitatem, Sancti et nomen et meritum, Deo donante, promeruit.

Rowed by eight kings.

Edward the Martyr.

Comet.

Anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo septuagesimo v°, Æwardus, filius Ædgari Pacifici, de priore foemina natus, patri successit in regnum. Hic tribus annis et dimidio potestate potitus est. Sanctus vero Dunstanus et cæteri episcopi consentanei illum regali culmine sublimarunt, contra voluntatem novercæ, quæ vix dum parvulum decem annorum Æthelfridum filium suum provehere conabatur. Ex tunc malicia hominum pululante, felicitas regni immutata est. Tunc visa est Cometes, qui vel pestem provincialium vel regni mutationem portendere pro vero asseveratur. Nec mora, secuta est arvi sterilitas, hominum fames, et mors jumentorum. At mulier novercali odio imperium dolum ruminans, ut neenon regnum filio suo Æthelredo deesset, insidias privigno suo struere non cessavit,

## JOHANNIS DE OXENEDES.

9

quas hoc modo consummavit. *Æ*Edwardus die quadam venatione lassus, per domum novercæ vertebatur, propter laborem siti anhelus; comites, quounque casus tulerat, canes sequebantur. Audito quod noverca sua et puer parvulus frater suus illic habitarent, equo concito illuc condescendit solus, nihil propter innocentiam metuens, aliorumque animos ex suo ponderans. Tunc illa muliebri blanditia adventantem alliciens sibi fecit intendere, et post libata basia porrectum poculum avide haurientem, per satellitem sica transfodit. Quo vulnere saucius cum quantis poterat animæ reliquiis sonipedem movisset ad suos reverti, uno pede lapsus, altero per devia tractus, undante cruento indicia interitus sui se quærentibus dedit.

Anno Dominice Incarnationis dcccc<sup>o</sup>lxx<sup>o</sup>vij<sup>o</sup>. In Synod of Kirt-  
 Estanglia apud villam quæ dicitur Kirtilling<sup>1</sup> maxima-  
 lington, and acci-  
 dent at Calne.  
 synodus celebratur. Dehinc apud Calne dum alia  
 synodus celebraretur, tocius Angliæ majores natu,  
 qui ibidem congregati fuerant, extracto sancto Dun-  
 stano de solario corruerunt. Quorum quidam mortui  
 sunt; quidam vero mortis periculum vix evaserunt.

Anno dcccc<sup>o</sup>lxx<sup>o</sup>vij<sup>o</sup>, rex Anglorum *Æ*Edwardus jussu novercæ suæ, ut prædictum est, Alfrichæ reginæ, occulæ cultro perfossus, in loco qui Coruesgate dicitur, a servis suis injuste perimitur, et apud Warham non regio more sepelitur. Cujus frater *Æ*Ethelredus filius Ethelred.  
*Æ*Dgari Pacifici, clito egregius, moribus elegans, pulcher vultu, et decorus aspectu, post Paschalem festivitatem die Dominica, a sanctis archiepiscopis Dunstano et Oswaldo et x. episcopis in Kingestone in regem est consecratus. Qui xxx<sup>ta</sup>vij. annis in multis calamitatibus regnavit, pro fratris sui nece, quem mater injuste peremerat ejus. Igitur post hoc, nubes per totam Angliam media nocte, nunc sanguinea, nunc ignea, visa

<sup>1</sup> *Kirtilling*] Kyrtlingtune, *Chron. Sax.*

A.D. 978. est: dehinc in radios varios et colores diversos mutata, citra auroram disparuit.

Two monasteries founded by Elfrida. Elfrida quondam regina, noverca sancti Edwardi et interfectrix, duo monasteria, id est Warwelle et Ambresbyri, causa penitentiae construxit.

Removal of Edward the Martyr's remains from Wareham. Eodem anno dux Merciorum Ælferus cum multitudo populi Warham venit, sanctique Ædwardi Regis et Martyris corpus de tumulo levare præcepit, ubi multa miracula facta fuerant. Quod cum esset nudatum, sanum atque incolume ab omni clade et contagione inventum est. Lotum dein novisque vestimentis induitum, ad Scatesbyri<sup>1</sup> est delatum, et honorifice ibidem est tumulatum.

Edgar again panegyrised. Edgari regis supradicti anno vjº venerabiles Æthelwoldus Wyntoniensis et Oswaldus Wygorniensis episcopi canonicos et clericos inordinate viventes, et ordinem suum pigre et negligenter observantes, episcopali censura et auctoritate regia ab ecclesiis Wyntoniensi et Wygornensi pluribusque aliis monasteriis ejecerunt; introducentes viros religiosos et honestos, qui novo quodam splendore universam insulam illustrarunt. O! vere tunc beata Anglorum ecclesia, quam innumerabilem monachorum et virginum adornabat integritas, quam devotio plebium, moderatio militum, judicium æquitas, terræ fecunditas lætificabat. Exultabat rex beatissimus suis temporibus ordinem suum rerum omnium invenisse naturam, cum homines Deo, terra homini, cœlum terræ, justitia fructu, aërum temperie debitum præstaret officium. Ædeluoldus vero egregius præsul, edificator sepium fuit, avertens semitas in . . . . tatis et plantans radices caritatis. Ipse ubique seminator optimi consilii fuit. Cujus integritas rex Ed . . . .<sup>2</sup> novellas plantationes et arbusta teneritudinis Deo gratissima instituit. Cujus etiam consilio Ailwinus, consul ejusdem regis, abbatiam Ramesiæ in insula

Ailwin founds Ramsey Abbey.

<sup>1</sup> Scatesbyri] Shaftesbury.

| <sup>2</sup> Ed . . . .] Edgarus.